



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

8. Longæ vitæ spes & vota inania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

xir, non eos optimè vixisse, qui diutissimè, sed qui modestissimè vixerint. Planissimè &c est: non refert, Vbi, & quando aut quomodo definamus. Cum Deus volet, definendum est; modò nos clausulam apponamus bonam.

§. 5. Omnis homo, nullus homo: ex Arbitro.

Hic, *Deu nos miseros, quam totus homuncio nil est.* Verè sic est. Sed heu miseres multò, quò minus agnoscimus esse miseros! Nil est totus homuncio (ut rectè priscus Satyrus) sed ausim dicere, ut ali- quid esse incipit, cum se nil esse cognoscit. O homo nosce te ipsum; nosce, & sàpe, mors namque lilia sen- tibz æquat.

O miseri & vani, quid nos, doctrina, fama, sumus? Ipsi palvis, illa opinio, ista ventus. Et nos quoque qui vi- vimus, qui vigemus & floremus, dicemus brevè: Vi-

ximus. Hic omnes exitus unus habet. Vita nostra cre- scendo decrescit; & hunc ipsum quem agimus diem, cum morte dividimus; quotidie enim demitur aliqua pars vitæ. Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quiddam ante defluxit: sic ultima hora, quæ esse definimus, non sola mortem faci- cit, sed sola consummat.

§. 6. Mortalissimus diecula.

Flos est Hemerocallis, cuius vitæ & pulchritudo dia- ria est. Sed & volucris ad Hypanim fluvium est, He- merobios dicta, quæ non ultra diem vivit, sed eadem omnino luce, quæ lucem inchoat, finit; morieturque soli commoetur: eodem die pueri, juvenis, senis etatem experta. Manè nascitur, meridie viget, vesperti conse- nescit, & moritur. Sed & hoc magis mirum in hoc ala- to quadrupede, quòd non minus unica diecula alimen- ta provideat, quam si corvi aut cornicis annos esset vi- surum. Animalculo huic simillima est humana vita. Ad fluvium illa est perpetuò fluentis temporis; sed & volucris est magis, quam avis ulla vel sagitta: & sàpe o- mnis sue pompæ diem unicum, terminum habet, sàpe horam, sàpe paulò productus momentum. Qui ergo annos meditare & sæcula, sàpe brevioris ævi quam flores, aut florum umbræ, aut si quid umbræ va- nius, brevius?

Grandè profectò mirum est, hanc vitæ volucerrimæ brevitatem à tot divinis vatibus proclamari, ab omni- bus omnium sæculorum scriptoribus confirmari; ni- hilominus missellos homunciones adeò ad omnium vo- ces obfufesceere. Clamat Ezechias per Isaiam: De ma- ne usque ad vespem finies me. Clamat regius Pfaltes: Dies mei sicut umbra declinaverunt. Clamat Hulfæus Princeps: Homo quasi flos egreditur, & coneritur, & fugit velut um- bra. En homo bulla, vita tua omnis, umbræ fuga est, & tu mansionem cogitas, ac quietam habitationem? Quid avare congeris? quid corradis, velut annos Nestoris vi- cturus? Mors tibi à tergo hæret. Abibis hinc, priusquam abiturum te metuas, ni metuas maturè. Accelera, in- stat Æternitas.

§. 7. Idem confirmatius traditur.

Nillius vita non brevis est, illorum brevissima, qui præterito, omni obliviscuntur, præsentia negligunt, de futuris non metuunt. Optimè Iobus, Et qui cum, in- quit, viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium avolans non in- venietur (somnia inanisissimum, volare celerrimum) transies sicut visio nocturna. Idem de seipso, Dies mei, ait, ve- x. 15. & 26. lociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum (hoc dixit hominum opulentissimus.) Pertransierunt quasi na- ves poma portantes, sicut aquila volans ad escam. Hæsterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. Verè, dies nostri sicut umbra super ter- ram, & nulla est mora. Nos epulamur & choreas duci- mus & nulla est mora: nos quieti liberalissimè indulge-

mus, & ad ipsam usque meridiem stertimus, & nulla est mora; nos temporis prodigi fabulamur, & aliud ex alio delictum, otium comminiscimur, & tamen nulla est mo- ra: labuntur, fugiunt, avolant anni. Nemo tam Divos habuit faventes umquam, ut sibi crastinum posset polli- ceri. Ita dum somniamus, ad æternitatem tranſimus, vel illam cælitum, vel inferorum alteram. Præclare di- xit Suidas: O mortales unius diecula, quotidianorum gnari, futura non prospicientes, perpendite, ad quam tenditis, Æter- nitatem.

§. 8. Longævitæ spes, & vota inania.

Quid faciam, dicebat apud animum suum opulen- tus ille, quia non habeo quò congregem fructus meos? Hoc faciam, destruiam horrea mea, & majora faciam. Mi- ser, heu! bis miser. Tunc horreum ampliabis: sepul- chrum habitabis crastinà, & ô! si non tartarum. Hæc no- tte anima tua reperitur à te, quæ autem parasti, cuius erunt? Virtus, si quam amasti; vitæ, quæ parasti, tecum ibunt: nec alios hinc habebis comites. Huic divitis fato simil- limum illud Senecionis apud Senecam, qui vitam hanc voluerem, quam per momenta singula precariam duci- mus, sàpius reputans, Omnis dies, inquit, omnis hora, quàm nihil finis, ostendit, & aliquo argumento recenti ad- monet fragilitatis oblitus, cum æterna meditantibus respicere cogit ad mortem. Senecio Cornelius, eques Romanus, homo summæ frugalitatis, non minus patrimonii quàm corporis diligens, cum per totum diem amico gravi- ter affecto, & sine spe jacenti, usque in noctem asse- disset, cum hilaris cenasset, genere valetudinis præci- piti abreptus, angina, vix compressum arctatis facie- bus spiritum traxit in lucem. Intra paucissimas ergo ho- ras, postquam omnibus erat fani ac valëtis officis fun- ctus, decessit. Ille, qui & man & terrâ pecuniam agita- bat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inex- pertum genus quaestus, accesserat, in ipso actu bene- cedentium rerum, in ipso procurentis pecuniæ im- petu raptus est.

Ita fit, dum maximè agunt homines, agunt animam: uti venti, qui cum vehementissimè flant, efflant vim suam, tunc plerumque celerrimè posituri, cum pluri- mum sevierunt. Admirabundus Iob à Deo quatit, & efflant. panem conqueritur: Et sic repente præcipitas me? Pulchrè Tertullianus, & verè, Vis est, inquit, & illa navigis, cum longè à Capharæi saxi, nullis depugnata turbibz, nullis quassata decumanis fluctibus; adulante flatu, labentè cursu, letante conſatu, insensito repente percussu cum totâ securi- tate desidunt. Non secus sunt naufragia vitæ, & tranquilla mortis eventus.

Quàm ergo stultum est etatem disponere? Ne cra- stino quidem dominamur, O quanta dementia est spes longas inchoantium! Emam, ædificabo, vendam, exi- gam, honores geram, tum demum lassam senectutem in otium referam. Omnia, mihi credere, etiam felici- bus dubia sunt. Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere: id quoque quod tenetur, per manus exit; & ipsam, quam premimus horam, casus incidere po- test & abrumper. Nos verò navigationes longas, & feros in partiam reditus proponimus: militiam, curiam, leuitas actiones, proluxa negotia, longam laborum se- rriem, officiorumque per officia processus destinamus; ævum Nestoris & fortunam Metelli speramus, cum interim ad latus mors est, & è vitæ colliculo in mare nos præcipitat Æternitatis.

§. 9. Homo pulvis.

Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertè- ris. Triste hoc carmen, nostra nobis mater oc- cinat Ecclesia, cum filiorum capitibus cineres insper- git, monètque mortalitatis, & eo quidem tempore, quò illa plerumque minimè cogitatur. Aquilam hic ini- tatur Ecclesia: illa cervum prælio aggressura, multum pulverem

Nemo tam Divos ha- buit faventes, ut sibi crastinum posset polli- ceri. Verbo Ephe- meri bo- tri, mihi

Luc. cap. 12. v. 18.

Virtus, vel vitia post mortem comites.

Seneca epist. 101. init.

Senecionis Cornelii mors.

Venti cum vehementissimè flant, vim suam efflant.

Iob cap. 10. v. 8. Lib. de Ani- ma.

Nihil sibi de futuro promittendum.

Gen. c. 3. v. 19.

Plin. lib. 10. c. 4.